

(Arch. de Lestang.)

Nos Theodoricus Le Comte miles..., Gubernator Monspelii et Baroniarum Montispes. et Homeladesii, coram nos perlegi fecimus per notarium quemdam rotalium in pergamenio et in octo pellibus continens certum expletum super amotione manus regie, ac litteras regias super amotione dicta..., necnon prestatione juramentorum fidelitatis et diversas recognitiones homagiorum, quorum tenor sequitur :

Anno Inc. 1350^o, 23^o aprilis. Noscant... quod constitutus apud Pogelum in carriera publica mag. Bernardus de Sancto Privato, procurator nob. et potentis viri Arnaudi de Rocafolio,... coram nobili viro Guigone de Capluco domicello commissario ad regendum certa castra dño Rocafoliensi per dñum Jacobum regem Majoric. quandam tradita..., assignata sub manu et potestate regia..., certificavit... quod castrum de Pogelo ac etiam castra de Sancto Baudilio, etc., que dño Rocafoliensi per ipsum Regem Majoric. fuerant tradita, esse translata sub manu Regis et ejus gubernatoris...; pelens et requirens omne impedimentum levare et amoveri... Quiquidem nob. Guigo commissarius et regens omne impedimentum levatum et amotum esse voluit; et de facto omnes bajulos, servientes et alios officiarios nomine regio institutos... depositi; offerens se paratum de fructibus... perceptis eidem dño de Rocafolio rationem reddere. Et idem procurator... clavem aule castri de Pogelo de manibus Guigonis recipiens, ... el portam aperieus, el intrans el exiens possessionem corporalem castri de Pogelo et per eamdem castrorum de Sancto Amanlio, de Pozolis et aliorum et omnis juris et pertinentiarum... adep-tus, nactus fuit et apprehendit, et in signum adeptionis possessionis corporalis castri de Pogelo et aliorum... quoddam scutum armis dñi Rocafol. et castrorum predictorum depictum in pariete, sive muro aule., sublus porlicum, clavis posuit et affixit..... Idem procurator ad portam muri, sive fortalium, castri de Pogelo, a parte occidentis, juxta hospitium nob. Petri de Monte-Darderio domicelli de stagno, et in castro et fortalito intrans et exiens in signum adeptionis possessionis, portam clausit et aperuit, et posuit scutum armis dñi de Rocaf. depictum et affixit; et postea exiens protestatus fuit quod non intendebat recedere a possessione. De quibus omnibus petiit... instrumentum... Quibus sic factis, instituit bajulum dicti castri Johannem Mauricii, et servientes et precones publicos... quamdui placuerit dñi sui voluntati, prius prestito ab eis juramento... Et incontinenter per Johannem Tamin, alias Boulaigne, servientem per loca assueta fecit fieri ex parte dñi Rocafol. proclamationem istam « manda la Cour de Monsegnur de Roquefeuil, seignour desta villa, que negun home, de qualqua condicion que sia, no aude portar armas devidadas sur pena de perdre las armas et de soixanta soous dounadous audit siur ». Quiquidem serviens paulo post iens, mediante suo juramento, et de mandato dñi sui, proclamationem per sex loca dicti loci fecit;... et exinde procurator et serviens petierunt sibi fieri instrumenta publica.

Anno 1351^o 14 7bris. In ecclesia B. Catharine de Pogeto Arnau-dus de Rocaf... convocatos homines... requisivit ut sibi facerent fidelitatis sacramentum..., ut in dicto castro ab antiquo fieri consuetum est. Unanimiter responderunt quod parati erant facere,... et tunc Arnaudus de Rocaf., sedens super quoddam scaennum ante altare majus et tenens missale opertum, ad dictum sacra-mentum admisit et recepit, tamquam eorum dominus, salvo in omnibus et sine prejudicio eorum jure, suo et quolibet alieno... Quiquidem, flexis genibus et ambabus manibus super missale positis, promiserunt esse bonos et fideles dicto domino. Acta fuerunt apud Pogelum... et fuerunt testes ven. Arnaudus archidiaconus Valentii, Stephanus Cardonelli prior Sancti Felicis de Po... Johannes Taillandy archypresbyter de Pogeto, Jacobus de Sancto-Germano, etc., et ego Herbertus de Brenella.

(L'archidiaconé de Valence était une dignité du chapitre cathédral de Montpellier.)